



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-566421-p0001-0

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-566421-p0002-5

DFG

IN NOMINE JESU!
EXERCITATIONUM ETHICARUM
DISPUTATIO XX.

De
**JUSTITIA DI-
STRIBUTIVA,**

Quam
PRÆSES
M. JOHANNES Deutſchmann

Jutrebocensis,
ET RESPONDENS
ANDREAS WINZIGERUS,
SITTAVIA LUSATUS.

publice proponent,
Ad diem 30. Martii
Horis antemerid. In Auditorio Minor.

WITTENBERGÆ
TYPIS JOHANNIS HAKEN
M. DC. LIII.

K. D. Ernstdts.

V I R O

Magnificentia, Nobilitate, Excellentia, Nominis Splendore conspiche,
Experientia, literatag, virtute Clarissimo.

D O M I N O

ANDREÆ BERNHARDO

LEHMANNO, auff Zschisitzsch vnd Basitzsch. Med.
Doctori Celeberrimo, Consuli Insignis Rei Publicæ,
quæ Budissinæ est, Meritissimo juxta & Amplissimo,

NEC NON
V I R I S

Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, Experientissimis, Prudentissimis, Clarissimis.

DN. JOACHIMO HEINRIGO Heinen / Iudici
Budissinensium publico Gravissimo, vigilantissimo,

DN. HEINRICO HEFTERO auff Ullersdorff /
J. U. Licent : Judici Patriæ publico Spectatissimo,
Honoratissimo.

DN. JOHANNI JACÓBO HARTRANFTIO.
J.U. Candidato Dignissimo.

Dominis Patronis, Promotoribus ac Favitoribus suis magnis,
candido Reverentia ac Honoris cultu, pie
& officiose colendis,

Γυμνασμα Hoc quale, quale, in Observantia
μνημόσυνον suspendere voluit, debuit

ANDREAS WINZIGERUS
Sittavia-Lusatus.

Il sub sole novū, sed

eadem saltē agitur mutatis perso-
nis fabula. Multa in mundo jam regnat injusti-
ria, prolixè satis eam etiam olim suo tempore
deploravit *Hesiodus*. Et cum sui seculi consideras-
set statum, non potuit tandem ingenium homi-
nis mundani magis nativis depingere coloribus
l. 1. spy.

Nῦ δὲ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἀνθεώποιστι δίκαιος
Εἰναι, μήτ' ἐμὸς υἱὸς· ἐπεὶ οὐκον, αὐδρεῖ δίκαιος
Ἐμμεναι, εἰ μείζων δίκαιον αδικώπερος ἔξει, h. e.
Ego vero nec ipse nunc inter homines justus
Esse velim, neque filius; quando malum est, justum
Esse: siquidem plus juris in justior habebit.

Multi & hodie vivunt, qui idem de se, suisq; sine judicio ferunt judicium. Si enim injustitiae turpitudinem, injustorum exitum miserabilem, contra v. Justitiae dignitatem & utilitatem plenius perspectam haberent, melius de eādem judicium ferrent. Nos ne in eandem incidamus charybdim, in divi- nam justitiae naturam hac vice inquirimus, & eandem pro more & modulo explicamus.

1. Telam præcedente disputatione sumus exorsi, eadem studiose ul- terius est pertexenda. Egimus ibi de justitia, quam vocant Universalem, particularem præsenti explicatione sistimus. De hac cum non unum sit no- tandum caput, certos numeros ponimus, eosdemq; ordine exponimus. No- tamus a. de hac justitia particulari (1) appellationem (2) definitionem (3) objectū (4) finem (5) oppositum (6) Divisionem.

2. Quoad appellationem, dicitur *Justitia particularis*, partim respectu na- turae, quia quodammodo est pars ipsius justitiae Universalis: partim respectu ob- jecti, quia objectum habet particulare, dum in rerum externarum distributi-

one & commutatione consistit, respectu ejus, erga quem exercetus: ratione
cujus τὴν δίναμον τρέψεται λέγεται δicitur ab Arist. l.5. Eth. c.2. partim ratio-
ne actuum, qui sunt particulares nra. distribuere & commutare: partim ratione
Extremorum, quia non iustitia universalis, sed iustitia particularis, quae
peccat in excessu, & in defectu illi opponitur: partim ratione finis, qui itidem
particularis est, nra. æqualitatem in omnibus actionibus distributivis & co-
mutativis diligenter attendere: partim ratione differentie, ut ita distinguatur
a iustitia universalis. Dicitur alias *iustitia comparata*, *iustitia Moralis*, quia ab-
solutæ & universalis contradistinguitur. Nominatur etiam *virtus Ethica*,
quia peculiarem virtutis speciem constituit. Ab Arist. vocatur *σοφία æ-
qualitas*, quia æqualitatem in suis objectis observat.

3. Definitio explicat tum *Existentiam*, tum *essentiam*. Quoad Existen-
tiam queritur: An detur talis virtus, quae ab Ethicis vocatur *Particularis*? Cir-
ca hanc questionem sententiarum occurunt divertia: Alii iustitiam particu-
larem penitus negant: Alii eam quidem dari concedunt, sed prorsus exterminan-
dam esse discutiunt, eandemq; minimè observandam & exercendam esse,
asserunt. Illi suam assertionem probant (1) ab inutili: Quia Universalis ju-
stitia hominem sufficienter informat de omnibus illis, quibus respectu alio-
rum, cum primis in societate Politicâ indiget. (2) ab absurdo: Si iustitia Uni-
versalis propterea est necessaria, ut conformet hominem aptum integræ ali-
cujus societati: iustitia v. particularis, ut edoceat hominem ea, quibus ipse
in conversatione cum una aliqua persona indiget, utique aliqua tertia erit
constituenda iustitia, quae sit media inter universalem & Particularem, ac or-
dinat hominem ad bonum uni familiæ commune, cum inter unam singulare
personam & multitudinem civitatis, media sit multitudo domestica: Sed
hoc absurdum. E. Rz. ad 1. Iustitiam Universalem sine particulari non esse u-
niversalem, cum totum sine partibus non sit totum. (3) instruere hominem
suò modo, sed non omni modo: nim. actiones virtutum ad societatem publi-
cam applicando, unde non videtur ipsas virtutes excludere, sed potius presup-
ponere. (3) Nullum particulare universalis opponitur, sed potius eidem sub-
ordinatur. Ad 2. N. C. quia sub jure civili jura domestica continentur. E.
nulla opus est media iustitia. (2) Nemo potest in seipsum (& p. C. in suos do-
mesticos) esse injustus, ut prolixè ostendit Arist. l.5. c.11. Ubi autem iustitia
nullum habet locum, ibi etiam iustitia necessario non requiritur, multo mi-
nus nova iustitiae species exigitur.

4. Alteri sententiaz adhærent Anabaptista, qui cum ipsam iustitiam
Parob-

Particularem negare haut possint, disputant tamen, quod ea non sit licita, aut Christianis concessa, adeoq; minimè exercenda. Verum, si modo distinguamus inter usum & abusum; inter illud, quod per se, & quod per accidens fit, inter negotiationis naturam & negotiatoris malitiam &c. facile omnia Anabaptistarum corrunt argumenta.

5. His remotis tertiam, eamq; optimam allegamus, & approbamus sententiam, quod verè detur aliqua particularis virtus, & quod etiam sit exercenda. Illud probat Philos. l.5.c.2.(1) ab apposito, quia datur injustitia particularis, quæ diversa est ab injustitiâ universalis. Nam $\omega\delta\varphi\nu\rho\sigma\alpha$ & $\pi\lambda\epsilon\omega\varepsilon\zeta\alpha$ sunt inter se diversa, quia aliquis potest esse $\omega\delta\varphi\nu\mu\Theta$, qui non sit $\pi\lambda\epsilon\omega\epsilon\eta\tau\eta\varsigma$ e.g. intemperans, timidus, avarus, sunt $\omega\delta\varphi\nu\mu\varsigma$, neutquam vero $\pi\lambda\epsilon\omega\epsilon\eta\tau\alpha\varsigma$ (2) $\pi\lambda\epsilon\omega\varepsilon\zeta\alpha$ ad nullum vitium morale, nisi ad particularēn justitiam potest referri. (3) quia injustitia universalis se habet ad particularem, & eu totum ad partem. Quæ autem de injustitia dicuntur, illa etiam de contrario, nimirum de justitia, pariter sunt intelligenda, quia Contrariorum eadē est ratio. Alias rationes ab objecto, actionibus, fine aliisque petitas hic brevitätis ergo omittimus. Hoc v. quod talis justitia sit exercenda, patet (1) ex justitiae natura, quia est virtus. Omnis a. virtus est exercenda (2) ex justitiae origine: quia ex ipsa rectâ oritur ratione. Q. a. rectæ ratione est consentaneum, illud etiam à creaturis rationalibus est exercendum. (3) ex justitiae bujus necessitate: quia societas humana consistere nequit absque contractibus, dum non omnis fert omnia tellus &c.

6. *Essentia explicatur in ipsa definitione:* Definitur a. justitia particularis, quod sit virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa rerum externarum distributionem & permutationem, quantum cuig; de illis debetur. Genus hic est virtus Moralis: Virtus est non universa, ut justitia universalis, sed species certa. Moralis, quia circa mores & actiones, distributionem sc. & commutationem externarum rerum, versatur. Differentia petita (1) ab objecto: quod funeres exteriores. (2) ab actibus, qui sunt distribuere & commutare (3) à fine: quantum cuig; de illis debetur, ut sc. æqualitas in omnibus distributionibus & commutationibus observetur.

7. *Objetum justitiae*, ut in omnibus virtutibus, est vel *internum*, vel *externum*. Illud est affectus circa bona externa occupatus, seu ipsa bonorum externorum appetitio, quam habitus hic justitiae moderatur, ne ullibi vel in defectu, vel in Excessu peccet, ex quo affectu voluptas oritur, quae ex lucro percipitur. Unde Phil. l. 5. Nic. c. 2. & l. 4. Eud. c. 1. dicit: η μὲν (civ μέρει δικαιοσύνη) δι ηδονὴν, τὴν απὸ τῆς κέρδους. *Externum* sunt res externae tam distribuenda, quam commutanda; tam bona, ut pecunia, honores & similia, quam mala, ut onera & poena. Non quidem, ut sunt acquirenda & retinenda, vel saltem dirigenda, sed æqualiter distribuenda & commutanda.

8. *Finis justitiae* alius est *communis*, nam. τὸ καλὸν s. honestum. Ut in justitiae hæc vera est virtus; ita etiam veræ virtutis respicit finem. Alius est *proprius*, nam. æqualitatem in omnibus distributionibus & commutationibus observare, quo sensu hæc virtus sæpius ab Ethicis ἀνιστηται appellatur.

9. *Oppositum Justitiae particularis* est *Injustitia particularis*. Hæc, per definitionem, est vitium morale, quod peccat in excessu & defectu, circa rerum externarum distributionem & commutationem. Per appellationem unica est, sed per significationem & υπερβολῆς & ἐλλείψεως indicativa. Unde Philos. eam variis voluit indigitare nominibus l. 5. Eth. c. 1. vocatur ἀνισότης, πλεονεξία, αδικία η κατὰ μέρος: &c. c. 2. itemque 4. Eudem. c. 1. αδικία μέρος τῆς ὅλης αδικίας. Item αδικία ὡς μέρος τῆς ὅλης sc. αδικίας, αδικία η civ μέρει, αδικία ως τὴν ὅλην civ μέρει συνώνυμος.

10. Quoad Divisionem, *justitia Particularis* est vel *Distributiva*, i. *communicativa* seu *correctiva*. Gracis dicitur illa διανομητική, hæc v. συναλλαγματική, η διορθωτική. Hujus divisionis notanda (1) origo. Testatur a recte Phil. Melanch. hanc justitiae particularis subdivisionē sumptā esse ex ipsa natura, idq; eruditissime & aptissime ex hominum societate demonstrat. In universa (inquit) hominum societate tantum duo sunt genera communicationis. Aut n. res communicamus seu commutamus, aut ordinamus personas, ut imperia, magistratus &c.

11. (2) *Condicio*. Buridanus sentit justitiam particularem, tanquam speciem specialissimam, in diversas tantum rationes, aut diversos modos, distingue-

Atibui: sed præter debitum se receptæ opponit sententia, quod justitia non
quam genus dividatur in duas veras species, quæ ut communior, ita etiam
verior. Probatur hoc, tum ratione, tum autoritate. Ratio est, quia siue
distributio à commutatione, & æqualitas geometrica ab arithmeticâ non
tantum peculiari modo, ut Buridanus vult, sed totâ specie differt, ita etiam ju-
stitia, quæ circa distributionem illam versatur, differat oportet ab alterâ,
quæ circa commutationem est occupata. Autoritatem hic etiam allegare
possimus Philosophinon ex uno loco. Nam l. 5. c. 3. his verbis concludit:
τὸ μεν γν̄ εν εἰδ̄ τοις δικαιογ, τοτε εῖσι. Deinde caput 4. ita exorditur: Re-
liqum a. alterum jus, illud est, quod correcterium vocatur: versaturq; im
rebus & sponte & invitè contractis. *τοις δε το δικαιον, ἄλλο εἰδ̄ εἴχει το*
ωροτέρος. Et c. 2. eadem etiam approbat: *της δε κατὰ μέρος δικαιοσύνης ε*
το κατ' αὐτὴν δικαιογ, εν μέν εῖσιν εἰδ̄, το εν ταῖς διανομαῖς, ή τιμῆς, ή
χρημάτων, ή τῶν ἀλλων, ὅσα μερισά τοῖς κοινωνοῖσι της πολιτείας.

12. (3) *Consummatio.* Probamus a. hujus divisionis veritatē (1) à forma
sproportione. Quotuplex est proportio, tot etiam sunt species justitiae. Atque
duplex est proportio. E. Major probatur, quia justitia observatur cum pro-
portione. Minor v., quia proportio alia Geometrica, alia Arithmetica. (2) à
materia. Quotuplices sunt res, per quas justitiam alteri tribuimus, tot etiam
sunt hujus Justitiae species. Atqui res sunt duplices E. Minor exinde confirmat-
tur, quia id, quod alteri tribuitur, bonum est. Nam malum qui dat, injustus
esse dicitur. Bona autem sunt triplicia: animi, corporis, & fortunæ. At bona
animi & corporis hoc non pertinent, quia ex nostro arbitrio non pendent;
Ergo fortunæ bona relinquentur, quæ sunt divitiae & honores. Circa illas
potissimum Commutativa, circa hos Distributiva est occupata. (3) ex bono-
rum fortune conditione, quia alia sunt publica, alia privata: illa dispensat Di-
tributiva, hæc commutativa. (4) ex subjecti consideratione. Personæ n.
aliæ publicæ sunt, aliæ privatæ. Hinc Thom. 2.2. q. 61. art. 1. hanc addit ratio-
nem, quia versatur circa privatam personam, quæ comparatur ad communi-
tatem, ut pars ad totum. At pars dupli modo comparatur, vel ad partem,
unde oritur commutativa: vel ad totum, unde exsurgit Distributiva. (4) ex a-
ctionum differentia. Nam hoc, ut scribit Cl. Horneijus p. 452. extrema controver-
siam est, pertinere ad justitiam non tantum recte distribuere, sed etiam commu-
nare: cum n. in utroq; illo posse esse iniquitas, utrumq; etiam aequalitas, adeoque
Justitia capax sit oportet.

§. (4)

13. (4) *Explicatio.* Hic, secundum Philosophum, initium facimus à justitia Distributiva & statim ipsam definitionem proponimus. *Distributiva*, *justitia est virtus, qua servat mediocritatem circarerum distributionem, quantum cuiq; de illis debetur, quatenus membrum alicujus communitatis est.* Definitum dicitur *justitia Distributiva*, ab Aristot. diaventim, τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς δίκαιον εἰδότι. Eth. c. 2. l. 4. End. e. 2. δικαστον Διαβεντινὸν l. 5. Eth. c. 4. Dicta *justitia Distributiva* à verbo *distribuere*, quod non tantum est in genere aliquid dividere, & alicui tribuere, sed vi Etymi, significat rem *communem publica autoritate partibus communitatis distribuere*. Est n. *distribuo* à simplici *tribuo*, quod à tribu ortum esse videtur. Tribus autem, apud Romanos, erat communitas quædam, quia tribus partibus & clasibus constabat omnis multitudo Romanorum civium, quæ inde Tribus dicebantur. Hinc etiam dictum *Tributum*, vel quod militibus tribuitur, ut vult Ulpian. in l. ager. 29. de verb. signif. vel quod ex privato in publicum tribuitur. Sext. Fest. l. 18. Et *Tribunus* q. s. *ephorus tribuum*, qui præter alia etiam pecuniam publicam militibus tribuebat & numerabat. Unde *Tributio* originaliter videtur esse *actio publica animi*. *Tribuni*, publico nomine, & publica autoritate collata membris tribuum communibus. Quam significationem & retinet & auget compositum *Distribuere*. Nam hoc frequentissime apud Cicer. ita usurpatur ut Ep. 3 ad Att. *Ponipojus distribuit binos singulis patribus familiarū*. Pro Rabir. Ex armamentis publicis arma populo Rom., Mario consule distribuente, dantur. Hinc *ICTi Distribuere* vocant suum cuiq; tribuere, ut l. 10. ff. l. 2. de famil. Erciscundis. Hæc actio proficitur à lege XII. tabularum. Namque coheredibus volentibus à communione discedere, necessarium videbatur aliquā actionem constitui, qua inter eos res hæreditariae distribuerentur.

14. *Definitio* constat, tum *Genere*, quod est *Virtus*. Licet a. Virtus non sit genus proximum, sed remotius, cum inter virtutem & justitiam distributivam intersit justitia particularis, ita quidem, ut justitia distributiva non immediate cum virtute, sed cum justitia particulari conjugatur: interim tamen communiter solent virtutis vocabulum loco generis ponere (1) quia est usitatio. (2) quia est magis perspicuum. (3) quia omnes virtutes ita definiuntur. (4) ut ostendatur justitiam distributivam non minus esse virtutis speciem, quam aliam quandam specialem virtutem. (5) ut falsa illa hypothesis,

thesis, quasi distributiva justitia non sint species, sed modus factem virtutis
eo firmius rejiciatur.

15. Tam *Differentia*, quæ constat (1) formâ, quod servet mediocritatem, non quidem secundum proportionem *Arithmeticam*, ut voluit Xenophon, neque juxta *harmonicam*, quod probare conatus est Bodinus. Vid. *Clar. Hornejus* p. 470. seq. Sed *Geometricam*; id quod probatur (1) à *distribuendi* a-
etu. Distributio enim suum cuiq; tribuit. Jam aliud convenit nobili, aliud ignobili; aliud virtuoso, aliud vitiioso. (2) à *personis*: quia non omnes pérsonæ sunt æquales, sed maxima earum in civitate est diversitas. Jam in justa distributione spectare oportet τὴν ἀξίαν dignitatem personarum, inter quas aliquid est distribuendum, inquit *Gol. l. 5. c. 3. q. 5.* Ubi autem talis personarum observatio, ibi etiam *Geometrica* proportio observatur. (3) à *rerum diversitate*. Res enim omnes, quæ in Repub. distribuuntur sunt vel bona, vel mala, sc. præmia & opera. Ut autem hæc omnia ad totam communitatem pertinent, ita etiā ad singulos cives eatenus tantum spectant, quat. partes & membra sunt communitatis. Majus igitur vel minus erit præmium vel onus, quod publico nomine distribuitur, prout partes communitatis erunt, vel maiores, vel minores. Si enim talia debentur partibus propter totum & quatenus illud constituunt, etiam debentur illis secundum proportionem, quam habent respectu totius; illa autem non est *Arithmetica*, sed *Geometrica*. (4) à *Necessitate*. Necessum enim est, si velimus nostram conservare Rempub., ut tantum honoris & præmii tribuamus civibus nostris, quantum in illis est virtutis.

*Namq; id perire plurimas urbes facit,
Si vir præbus fortisq; mactus peccore
Non anfera plus præmii, quam pessimus: inquit Euripides in Hecub.*

16. Geometrica proportio quod sit hic attendenda, ex dictis erit clarum, in quibus a. illa consistat nōdum satis perspectum. Sæpius illud quidem in aliis virtutibus per varias circumstantias ostendimus, easdem ergo & hic non omittimus. Notanda hic circumstantia (1) *Efficientis*, in quo consideratur

(1) *Etat*: perfectæ siquidem etatis virum esse oportet, qui vult hanc justiciam exercere. (2) *Status*: non debet esse *privatus*, quia privata persona non habet publicam autoritatem, nullum habet jus in bona publica, nullam habet potestatem in suos cives, difficulter denique de omnium virtute, & cuiusvis in patriam meritis iudicare potest: sed *publicus*, quia jus distribuendi est publicum, actus distribuendi est publicus, bona distribuenda sunt publica, cives, quibus bona distribuantur, sunt publicæ communitatis partes, autoritas denique, quæ huic distributioni favorem, & ab omnibus approbationem conciliare debet, alia, quam publica, esse nequit. (3) *Virtus*. Requiritur n. in hoc virtutum *Moralis*, quia alijs ignorat verè virtuosos; de ignotis a, nemo potest iudicare: verè virtuosos etiam non amat, sicut experientia hoc ipsum comprobat, eos nim. qui nulla virtute sunt, instructi, virtutis studiosos vel ex invidiâ, vel ex malitiâ vel ex aliâ causâ odisse. Tū *Intellectualis*, nim. *Prudētia*. *Judicio* enim vero atq; firmo in distributione opus est, quod prudentia carete haut potest. (2) *Subjecti*. Nisi enim Subjectorum attendatur discrimen, necesse est inde sequi magnam confusione in vitâ humanâ; propterea, quia boni & mali, virtuosi & vitiosi, bellicosi & otiosi, digni & indigni æquales habentur, imò interdum hi illis præferuntur. Juste igitur olim conquestus est apud Homerum *Achilles*, & sub Agamemnonis imperio pericula bellica, & pugnas pro Græcis suscipere recusavit, eò quod æquali apud eum sit in honore fortissimus & ignavissimus. Sic etiam *Crates Philosophus Thebanus* conqueritur de hac iniuitate sui temporis, quod reges, principes & magnates in distribuendis præmiis, & dandis stipendiis, non spectent dignitatem & metita personarum, sed eò rem perductam esse, ut coquo plus detur stipendiis, quam medico, adulatori, quam Philosopho. Utinam cum veteribus temporibus etiam veterum querelæ essent sepultæ, & nova justitia distributiva cum movit temporibus exsurgeret! Sed optandum illud, non sperandum. (3) *Objecti*. Hoc enim esse distinguendum, ipsa recta videtur postulare ratio. e. g. Si pecunia publica sit distribuenda, plus pauperibus est tribuendum. Si homines sint conferendi & dignitates, magis honorandi sunt eruditæ & virtuosi. Si onera & contributiones sint distribuendæ, plus divitibus est tribuendum, quam pauperibus, quia illi his majores habent possessiones. Eodem modo etiam reliqua circumstantiae, quando in rerum distributione fese offendunt, non sunt negligendæ, nisi velimus ipsam justitiam distributivam negligere.

gerē. Nihil tamen de his ob brevitatis studium hac vice addere possumus.

17. (2) à Materia. Est alia interna, nimirum appetitio, quae in verum externarum distributionibus solet inveniri. Hæc enim, cum facilimè vel ad excessum adscendere vel ad defectum declinare, & ita ipsam medicitatem, adeoque ipsam virtutis formam relinquere possit, hic dirigenda & conformanda est, ne unquam vel excessus vel defectus committatur. Alia externa, de qua Arist. s.c. 2. sermocinatur, sicut verba supra in fin. th. II. sunt allegata. Considerari autem potest hæc ipsa materia ex verbis Arist. tum *conjunctionem*, & ita tribus appellatur nominibus (1) quod sit διανεμητική, quia ἐν τοῖς διανομαῖς & in ipsa justitia διανεμητική adhibetur: adeoq; talis esse prohibetur, quæ publicā autoritate, publico nomine, inter partes publicas s. communitatis à personā publicā possit distribui. (2) κοινωνική s. ad communionem vel communitatē pertinens, quia τοῖς κοινωνῦσι τῆς πολιτείας propria. (3) πελιτική politica & publica, quia τοῖς κοινωνῦσι τῆς πολιτείας propria. (3) πολιτική politica & publica, quia τοῖς κοινωνῦσι τῆς πολιτείας, quatenus tales convenit. Tum *distinctum*, & sic est vel bona, quam Aristoteles disertis verbis τῆς γιμῆς, ή χερμάτων, exponit: vel mala, nimirum labores, contributiones, militares hospitations &c. quā Philos. implicitè verbis, ή τῷ ἀλλῶν, στα μερεῖς τοῖς κοινωνῦσι τῆς πολιτείας, includit.

18. (3) ab actu, qui nōminatur *Distributio*, estque non cuiusvis rei vel divisio, vel elargitio, quo cunque etiam modo fiat, sicut vulgo judicant, sed est collatio publica, publico nomine facta, ab eo, qui publica autoritate est instructus, exhibita illis, qui communiratis illius sunt partes. Unde ad integrum distributionem requiritur. (1) *distributor publicus*, ut th. 16. est probatum (2) *objectum κοινὸν της πολιτικῆς, commune & publicum*, ut ex th. 17. cōstat. (3) *subjectum publicum*, quod est pars communitatis. (4) *actio publica*, ut fiat publico nomine, & publica autoritate. (5) *finis publicus*, ut unicilibet communitatis parti suum debitum attribuatur.

19. (5) à modo: Ut sc: ita distributionem instituamus, quo unusquisque tantum accipiat vel munus, vel onus, quantum ipse debetur. Hæc enim vera est medio-

45

mediocritas, ideoque neque præterdebitum majora ipsi sunt adjicienda, neque præter æquitatem plura ipsi sunt detrahenda: sed quantum ipsi debetur, tantum illi detur & donetur.

20. (6) à Subiecto : quod est civis, unde hic non alio respectu potest considerari, quam quatenus membrum alicujus communitatis. Quicquid ergo non debetur alieui, vel ut publicum præmium, vel ut publicum onus, illud non ad justitiam distibutivam sed commutativam pertinere dicitur. De qua etiam proxima agetur disputatione.

Hæc Mater Natura dedit tria: Semper honestè
Vivere; nec socios lædere sæpe malis;
Cuique suum tribuit post hæc quoque provida
Mater:
Excolit & Virtus munere cuncta suo.
Omnia distribuit, Naturâ principe, Virtus
Justitiæ, ut dictis, Fautor amande, probas.
Justitiæ Tu perge sacræ scrutarier acta,
Ut cum Justitiâ sidera summa petas.

Hæc Eximio Dn. Respondent,
animitus precatur

M. JOHANNES Deutschman.



ULB Halle
003 499 650




3

Sb

VDA7





FarbKarte #13

